



Quæstionum, Et Resolutionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

Cap. XXIX. De nullitate impetrationis, ex eo quod non fuit expressum jus ad rem, quod impetranti super alio beneficio competebat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98367](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98367)

CAPUT XXVIII.

Quæ sit subrogationis praxis in Gallia.

S V M M A R I U M.

- 1 Subrogatio in beneficiis quomodo & quando obtineri possit, breviter enarratur.
- 2 In Gallia quomodo fiant subrogationes beneficiales. Et num. 11. remittitur.
- 3 Ex juris communis dispositione, collatio facta colliganti per viam subrogationis prævalet, si intra mensem obtineatur.
- 4 In Gallia collatores ordinarii beneficia litigiosa conferre solent. Et num. 6. & 8.
- 5 Litteræ subrogationis in Gallia obtinentur à Rege vel à Cancellaria.
- 7 Obtenia subrogatione, quomodo procedendum sit in Gallia.
- 9 Si duo subrogati invicem contendant, prævalet is cuius iura sunt meliora.
- 10 Permutationes etiam super jure præsentis possunt fieri coram Ordinario, in Gallia.
- 12 Subrogatio peti debet intra mensem, non à die notitiæ, sed à die obitus.
- 13 Colligans non potest petere subrogationem, si annus fuerit elapsus; qui annus non computatur à die adeptæ possessionis, sed à die datæ tituli.
- 14 Fallit si petens subrogationem sit in possessione; tunc enim annus non currit in præjudicium possidentis.

1 Subrogatio in beneficiis nihil aliud est, quam alicujus in jus & locum alterius suppositio; quæ ad hoc inventa est, ut colligantibus novus non debeat adversarius: sed si unus ex illis cedat vel debeat possit alter colligans obtinere à summo Pontifice, vel Legato ad id potestatem habente, se supponi & subrogari in jus & locum sui adversarii, qui cessit jus suum alteri, vel mortuus est; dummodo id petat intra mensem à die mortis, aut à die præstiti consensuum numerandum: & si durante hoc mense, tertius quidam illud beneficium obtinuerit, prævalet concessio facta colliganti subrogato, quamquam & possit Papa tertium non colligantem subrogare, cum derogatione regulæ de subrog. colligant. vel etiam absque derogatione, quando colligans extra curiam decessit. Ita Rebuff. in prax. tit. de subrog. in princ. & num. 6. & alij D D. super reg. 28. de subrogand. collig.

- 2 Sed in Gallia praxis subrogationis est omnino diversa. Et ideo alias requisitus super prioratu loci de Vachères, ejus occasione Mirallius duas subrogationes obtinuerat, unam in jus Caroli, aliam in jus Danielis, qui à Carolo resignationem habuerat, & ambo mortui erant lite pendente; adversus quem subrogatum contendebat Martinus, qui beneficium illud uti vacans per obitum impetraverat. † Dixi quod licet ex juris communis dispositione, beneficium illud non posset per alium quam per Papam, nec alteri quam colliganti conferri, per text. in Clement. unic. in l. r. pendens, cap. 2. od. tit. in 6. In Gallia tamen contrarium observatur: † Licitum enim est collatoribus ordinariis, beneficia litigiosa per obitum vel resignationem unius ex partibus colligantibus vacantia, conferre. † Quia collatione facta, im-

petrantur litteræ à Rege vel Cancellaria, ad effectum obtinendi subrogationem in jus & locum defuncti, vel cedentis. Petr. Gregor. in instr. rei benefic. cap. 40. num. 27. vers. in Gallia. Rebuff. in concordat. mand. Apost. §. declarante, in verbo successores, vers. præterea signandum est. † Conferunt enim in Gallia Ordinarii quæcumque beneficia, non obstante quod sint litigiosa. Adden. ad Parif. de resign. lib. 2. quest. 3. num. 105. Peleus in Analyti. cap. 37. vers. in hoc regno, fol. mibi 141. Ubi dicit, quod hodie non servatur in Gallia jus antiquum: sed statim mortuo beneficiario, confertur alteri beneficium etiam litigiosum per Ordinarium, vel per Papam. † Quod si quis fuerit subrogatus per Papam in jus alterius, accipit possessionem in vim subrogationis Papæ; & postea impetrat litteras Regias, quibus petit se subrogari in jus & possessionem ac instantiam mortui: nisi ipse jam esset in possessione: quia sufficit continuatio sine nova apprehensione, ut supra dictum est cap. præced. num. 111. † Et si prædictis opponatur, Ordinarius non habere potestatem subrogandi? Respondent Doctores Galli, non ab Ordinario, sed à Rege, & per litteras Regias subrogationem concedi. Et ita practicatur.

Unde pro resolutione casus propositi, concludendum erat, quod cum duo concurrerent petentes se ad subrogationem admitti, nempe Mirallius & Martinus; ille ex juris utriusque colligantis defuncti, hic ex propria impetratione; discutendum erat de titulis amorum, & is obtinere debebat, cujus iura essent meliora, ut decidit Papon. lib. 8. tit. 18. art. 7. Tornet. lib. 2. lit. 8. n. 46.

Præterea dixi Martinum licet potuisse permutare coram Ordinario, coram quo permutationes etiam de jure præsentis fieri possunt in Gallia, saltem de consuetudine: ut testatur addit ad Parif. de resign. lib. 9. tit. 16. num. 13.

Si quis autem plura juxta praxim Gallie circa subrogationes scire desideret: adeat Rebuff. in locis proximè citatis, nempe in prax. tit. de subrog. & in concordat. tit. de mandat. Apostol. §. declarante, in verbo successores.

Debet autem ab ipsis colligantibus peti subrogatio intra mensem, non à die notitiæ, sed à die obitus; adeo ut si post tempus illud petatur, succedat jus commune; ut prior privilegetur, posteriores sint invalidæ. Expill. Annot. num. 2. & 3.

Et non potest peti subrogatio per colligantem, si annus à data suarum provisionum fuerit elapsus: non dico à data capæ possessionis, quæ in hac materia non inspicitur; sed à data tituli, add. ad Pap. lib. 8. tit. 17. art. 3. † Quod verum est, si subrogationem petens non possideat; nam eo possidente, non currit annus, ut post Rebuff. advertit add. ad Locut. lit. 8. num. 6.

CAPUT XXIX.

De nullitate interpretationis, ex eo quod non fuit expressum jus ad rem, quod impetranti super alio beneficio competebat.

S V M M A R I U M.

- 1 Impetrans tenetur facere expressam mentionem aliorum beneficiorum quæ obtinet.
- 2 Expressum

2. Exprimi debent in impetratione beneficia, super quibus impetrans non habet jus formatum; sed duntaxat jus ad rem.
3. Resignare non potest quis beneficium, in quo nihil juris habet.
4. Incompatibilitas beneficiorum non nocet impetranti, sed ambo possidere potest; quamdiu durabit lis & possessio non erit pacifica.

Causa talis propositus fuit. Titius duas parvas capellanas possidens, impetravit certo modo quoddam beneficium regulare, cum decreto de suscipiendo habitum intra tres menses, & professionem regularem emittendo; dictasque capellanas dimittendo; dictum verò beneficium regulare semper fuit litigiosum.

Idem Titius postea canonicatum obtinuit, nulla facta mentione præmissorum, & illius possessionem adeptus est: in cujus possessionis adeptione se Tertius opposuit, prætendens se primo provictim de dicto canonicatu per resignationem; deinde verò per obitum.

Quæsitum fuit 1. utrum impetratio canonicatus sit valida. 2. utrum Titius possit dictum canonicatum resignare. 3. utrum beneficia illa incompatibilia simul tenere possit, cum sint litigiosa.

Respondi sine dubio impetrationem canonicatus factam per Titium, nullam esse; cum in ea non fuerit facta mentio obtentorum, quod tamen erat omnino necessarium: per text. in cap. si motu proprio 23. de prebend. in 6. Menochi. de arbitrar. cas. 201. n. 41. qui id ampliat num. 42. etiam si essent beneficia modici valoris. Diximus sup. cap. 26. num. 26. & 27.

Similiter quamvis impetrans non haberet jus plene formatum in aliquo beneficio, sed duntaxat jus ad rem; aut si beneficium de facto, non de jure possideret; teneatur nihilominus illud exprimere. Menochi. ubi sup. num. 43. Selu. de benefic. part. 3. quæst. 11. num. 4. Paris. de resignat. lib. 10. quæst. 2. n. 73. & 75. Garc. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 122. & seqq. Ubi reprehendit Gonzal. contrarium sententiam.

Unde sequitur, Titium resignare non posse, cum nullum jus habeat in canonicatu, ob non factam expressionem beneficiorum obtentorum: & beneficium illud uti vacans, posse à Tertio impetrari. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 22. num. 6.

Si tamen obtenta expresserit in impetratione beneficij regularis, non nocebit illi incompatibilitas; cum durante lite non teneatur priora beneficia dimittere, ut diximus supra cap. 27. num. 47. & tradit Cocker ad reguli 51. Cancellar. num. 9.

3. Clausula decreti irritantis inficit tam titulum, quam possessionem.
4. Non datur possessio etiam immemoralis in præjudicium exemptionis clericorum, & n. 7.
5. Derogatio specialis requiritur, ut fiat præjudicium privilegij clericalibus.
6. Otto requisita copulative concurrere debent in casibus, in quibus clerici collectari possunt.
8. Bona ad Ecclesiasticos transeunt cum onere suo, quando agitur de onere perpetuo & invariabili; secus si onus sit incertum, & variabile.
9. Vicelegatus nihil potest statuere contra jus commune.
10. Clausula, citra præjudicium jurium, suffragatur etiam in possessorio.
11. Clerici sunt immunes etiam ab impositionibus factis super carne, vino, & similibus.
12. Clerici bene faciunt, si component & transigant super collectis cum Universitatibus, quando ad sunt plures expensæ factæ pro communi utilitate clericorum & laicorum.
13. Clerici succedunt in onere collectarum, si bona emerint, aut acquisiverint sub pacto expresso illas solvendi.

Cum alias consuluissem pro immunitate Ecclesiasticorum ab onere collectarum, pro debitis communibus exsoluendis impostarum per communitates laicorum: tandem fuit lata sententia in favorem dictæ immunitatis. Pro cujus justificatione, respondendo ad dubia quæ contra Clerum proposita fuerant, Dixi in primis; non constare de quasi possessione collectandi: quia aderant tantum certi actus qui vel liti causam dederant; vel lite pendente facti fuerant; & ideo non sufficiebant, ut ex illis deveniretur ad manutentionem. Rot. decis. 533. num. 2. part. 1. recentior. & part. 2. decis. 36. num. 1. Cancr. lib. 3. var. resol. cap. 4. num. 95.

Et quamvis constaret de aliis actibus possessionis, non tamen possent suffragari in præjudicium ordinis clericalis, cap. quanquam, de Censib. authent. item nulla communitas. Cod. de Epis. & cler. Ruin. cons. 117. in fin. vers. non obstat postremo, vol. 4. Rot. decis. 72. num. 8. & 9. part. 1. recentior.

Præterea, propter clausulas irritantes contentas in bulla Cænæ Domini, non potest opponi aliqua possessio in præjudicium ordinis clericalis; tales enim clausule inficiunt titulum & possessionem. Cassador. decis. 1. de caus. possess. & propriet. Cod. Fabr. lib. 1. tit. 2. defin. 21. num. 3. & in proprio casu nostro Barbol. de Jur. Eccles. cap. 39. §. 5. numero 59. vers. septimo quæro. Et sane cum immunitas clericorum sit de jure divino, nulla possessio in contrarium opponi potest. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 3. num. 114.

Quod præcedit, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemoriali in contrarium, propter excommunicationem contentam in dicta bulla: Graf. d. effect. 3. num. 118.

Et quamvis in contrarium allegarentur quædam Bullæ Leonis X. & Clementis VII. necnon decisio Clementis VIII. relata per Mart. de jurisdict. part. 4. centur. 1. cas. 1. num. 52. Tamen dixi hæc non obstare; quia cum in dictis bullis nulla adesset expressæ derogatio privilegiorum clericis competentium: cum tamen constitutio illos non afficeret, nisi specialiter fuissent nominati. Ugolin. in tract. de censur. sum. Pontif. refer. cap. 18. §. 2. per tot.

Decisio verò Clementis VIII. non obstat; tum quia in casu illo collecta imponebatur autoritate summi

CAPUT XXX.

De immunitate Clericorum à collectis, tam pro bonis Ecclesiæ, quam pro patrimonialibus. Et in quibus casibus, ac quomodo collectari possunt per laicos.

SUMMARIUM.

1. Actus qui dederunt causam liti, vel facti fuere lite pendente, non sufficiunt ad manutentionem.
2. Possessorij actus adversus clericos particulares non suffragantur, in præjudicium ordinis clericalis.

Tom. I. Pars I.